



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua  
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 3. In Comite Palatino, vices alternans Fortuna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

Christum eius. Non est enim in hominis potestate consilium Dei. Vestra potestas, in paucos annos durat, potestas eius in generatione & generationem. Potestas vestra iubere potest; illius potestas facere. Nam data est a Domino potestas vobis: ille à seipso habet potestatem, cui omnis potestas cedit; quoniam magna potentia Dei solius. Itaque frustra filios vestros absconditis, parentes; frustra in peregrinas terras mittitis, vt Deo subducatis. Frustra æmulos vestros, ò aulæ; dolo, ferro, veneno petitis; si illis diuina prouidentia regnū præparauit, digitulo vno non attingetis. Frustra vos, ò portæ Inferi, Ecclesiam impugnatís: Porta Inferi non preualebunt aduersus eam. Frustra vos, ò impij, pios monitores persequimini: custodit Dominus animas Sanctorum suorum. Potest eas, per tela, per ignes, per omnes machinationes vestras, per mille discrimina, per Iordanes, per maria, per leones, per caminos ignis ardentis, educere ad felicitatem. Aspera hæc quidem, sed, etiam per ambages, recta est via.

Daniel. 3.  
100.  
Sap. 6. 4.  
Eccli. 3.  
21.

Matth.  
16. 18.  
Psal. 96.  
10.

§. III.

In Comite Palatino, vices alternans For-

rena.

I 2

In

In memoriam reducite alternas cū procellis vices, quas in historia paulo prius recitata audiuiſtis. Comes Palatinus prosperitate extollitur: mox metu iterum deprimatur. Fugit in ſiliam, & latebris gaudet: ſed aduentu Cæſaris externatur. Denuò lætatur, ſe non agnoſci; & natum ſibi filium gratulatur: ſed intra paucas horas, quanto luctu, eundem amittit? Filius ipſe infans, è ſinu matris abripitur ad lanienam. Inde tamen liberatus, in Ducis filium adoptatur. Apud hunc, cū maximè floret, in ſuſpicionem, & præſentiſſimum vitæ periculum venit. Currit ad necem, & inuenit Cæſaris filiam in vxorem. Quanta hæc eſt viciffitudo? Hæc Dei via eſt, etiam de laqueo ducentis ad diadema.

## §. IV.

*Sapientiſſimè conſtituta, in terris, rerum omnium viciffitudo.*

De Corintho dictum eſt: *Hæc collibus atollitur, & vallibus deprimatur.* Quod & de Roma poteſt affirmari, quæ ſeptem collibus eſt celebrata. Quin & tota terra ita eſt conſtituta, vt nunc per plana, nunc per aſpera, nunc per ſumma, nunc per ima ducat; nunc prata, nunc flumina, immo tota maria euntibus